



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

Errores Anabaptistarvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

CERTO igitur sciant conuersi, ipsis renouatum esse fidem Baptismo, & ad ipsos pertinere promissionem Baptismo additam: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit & sicut alijs promissionibus, ita verbis de Baptismo dictis se uere confitemur, scire teceptos esse ab hoc vero Deo, qui est Pater Domini nostri Iesu Christi, & quidem propter filium mediatorem, & sanctificari se spiritu sancto ad uitam aeternam. SCIENT rursum Baptismum, ipsis stipulationem esse bona conscientia erga Deum per seculum aeternum Iesu Christi, qui est in dextra Dei, ut scriptum est in Epistola Petri. Id est, sciant tunc mutuum fidei esse factum inter Deum & baptizatum. Deus recipit te propter filium resuscitatum, & per eum, & propter eum delet tua peccata, & sanctificat te ad uitam aeternam Tu uicissim agnoscis, hunc uere esse Deum, qui te in hac vita resuscitato patet fecit, & hunc uerum Deum inuocas fiduciam. Ita si stipulatio bona conscientia, & mutua obligatio Dei & hominis baptizati, quae est recta & efficax propter filium Dei resuscitatum, regnum eum, & verissime colligentem Ecclesiam in genere humana per Euangelium. Eadem stipulatio & mutua obligatio ratificaturis ad Deum quia integrum restituum in possessionem promissionis gratiae, & habeditatis uitae aeternae.

REQUITA VENIA dictum: Post naufragium humanae naturae duas tabulas salvi hominibus datae esse, Baptismum, & amissiva prima tabula, penitentia. Hoc dictum apparent traditum esse contra Nouatianos, qui negant, Lipsos post Baptismum iuris conueri posse ad Deum. Et necesse est refutari Nouatianos, sicut uox filij Dei manifestissima refutacione, cum inquit: Septuagies septies remittunt. Sed tamen dictum remissa abierit intelligatur, quia non sic amittitur prima tabula, ut non cuperetur, sed revera in totam arcam Noe recipiuntur comprehendit, in possessionem integrum promissionum Ecclesie propter diatorem.

HIC etiam contra onefaciendis sunt homines de

omnibus furoribus Anabaptistarum, & tenenda regula: Ex his ipsis agnoscetis eos id est, ex manifeste falsis dogmabus, quae sunt testimonia non fallacia, unde scripsi, co-fascinatus est diabolo. Et sunt in conspectu praecipui eorum errores, quos breuiter recitabo.

#### ERRORES ANABAPTISTARVM.

V AIDE prodest extare ueras historias certaminum Ecclesie, ut rectis iudicijs omnium temporum confirmenur, & uideamus quales furores in ipsis sectis significauerint eas a diabolo esse. Etsi autem non est una consentiens Anabaptistica, sed complex & monstrosa Chimara, & alij magis, alij minus terribilis.

et habent: tamen omnium communes sunt furores, inde usque à Carpocrate, Marcione, Pepusianis & Manichæis. Ac nisi historiæ scriptæ essent à Iustino, Clemente, & Epiphano, fide dignissimis, nemo nunc crederet, siue tales furores atatis proximæ Apostolis, quales nostra ætas vidit in Monasteriensi tragedia. Sed si iam, in variis temporibus horribiliter diabolos turbare Ecclesiam & numeramus nos aduersus diabolorum infidias, uera cognitione doctrinæ, precatione & iudicijs uerè Ecclesiæ, quæ manifestos furores hominum fanaticorum refutavit.

OMNES fanatici, Carpocrate,

Marcion, Pepusiani, Manichæi, damnauerunt politicum ordinem

in hominæ, magistratus, iudicia, distinctionem dominiorum. Et

aliqui damnauerunt prorsus coniugia: aliqui contra docuerunt. Vox

debet communis esse, ut Carpocrate. Et horribilia exempla re-

citantur in historijs. Ita deleueront secundam tabulam Decalogi.

RATIO autem iudicare potest, nequaquam ex Deo esse, do-

entes contraria mandatis Decalogi, quæ etiam rationi nota sunt.

Cum autem similia multa docuerint & doceant Anabaptistæ nostra

ætate, manifestum est, securum ipsorum esse furorem diabolicum. Ita

que proprie hec manifesta signa execrandi & fugiendi sunt, sicut

scriptum est: Si quis aliud Euangelium docet. Anathema sit. Item: Si

quis dicit blasphemiam contra Spiritum sanctum, non remittetur ei,

REFUTATIONES autem horum errorum firmæ & perspi-

cie notæ sint omnibus, præsertim rechte instituti sape de eis admo-

nuntur. ERRORES contra primam tabulam sunt magis te-

ri, sed sunt obscuriores, & magna confusio est opinionum.

ALIQVAT blasphemias Serveti contra tres personæ diuinitati-

ceruicem ferunt. Multi prorsus nihil dicunt de discrimine persona-

rum, quid sit filius, cum nominetur λόγος & imago & terni patris.

Quid sit Spiritus sanctus. OMNES Anabaptista fingunt, nul-

lum esse peccatum Originis, & propriea negant, Infantes baptizan-

dos esse. PASTRA de iustificatione alij velut Monachi fingunt,

se iustos esse suis operibus, uidelicet externa disciplina, patientia,

temerare desertione civilis uitæ, conturbatione distinctionis domi-

niorum & simili barbarie.

A LI ETI Enthusiastici fingunt, se iu-

ios esse afflatibus diuinis, quos tamen non habent, sed imaginantur,

affatus esse suas speculations, vel simulata suspiria. Et interdum ac-

cedunt diaboli impulsiones, quibus uelut atroniti seu rufopapirii stu-

pehunt, & edunt insutatas uoces, sicut Anabaptistæ in urbe Monaste-

riensi in medijs plateis cadentes, vociferati sunt, se rapi mirandis

motibus.

HIC Enthusiastici seu fanatici deinde addunt hunc per-

niciofissimum errorem. Affirmant Deum non efficacem esse cogitati-

one uerbi scripti, ut prorsus abducant homines a uero Dei scripto.

C V A

Cum autem homines abducti sunt à verbo scripto, praecep-  
tria ingentia mala sequuntur. I. Amisio certe doctrine, legis  
& articulorum fidei. II. Amisio consolationis. III. Exerci-  
cio verae fidei, seu exercitiorum fidei. PRIMVS autem exco-  
rtrina, quia cum mens non regitur verbo scripto, homines finiti  
singunt opiniones, ut liber, contra legem & articulos fidei, formu-  
ti fecerunt in adulterijs. SECUNDVS, in verbis dolotibus  
sufflent se scripta promissione, & sic ruunt in desperationem.

TERTIO, neq; scilicet neq; discunt, quid sit fides qui que-  
runt afflatus, non sustentant se cogitatione scripti verbi, cum dicatur  
fides ex auditu est, auditus per verbum Dei. CONTRI-  
TISSIME igitur explodenda sunt deliria Stenckfeldij, & similium,  
qui abducunt homines à scripto verbo, & negant Deum etiam  
eis cogitatione scripti verbi. SEMPER autem in conspectu  
sunt firmata testimonia. Euangelium est potentia Dei, ad salvandum  
credenti, Romanos 1. Item: Prope est verbum in ore tuo, & in ore  
de tuo. Item: Fides ex auditu est, auditus per verbum Dei, &

SCIAMVS autem, filium Dei λόγον adesse cogitatione verbi  
scripti, & per hanc immediate efficacem esse, iuxta dictum Iohann.  
8. οὐδέχλωστος γάλακτος. Ad Hebreos 4: Viuu sermo Dicibili-  
or est gladio, & iudicat cogitationes, & non est abscondita tenebra  
coram eo. Iohan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum servabit, &  
pater meus diligit eum, & veniemus ad eum, & mansioem apud nos  
faciemus. Et Proverbiorum 8. dicit Sapientia: Fui cum eo aucta, &  
delectationes meæ cum filiis hominum. Anrea vero dicit: Canon  
vertice ciuitatis. Ita iungit verbum vocale, & filium Dei, opere  
mediate efficax est in ministerio Euangeli. Ideo regnum Christi  
mediate ipsum esse efficacem in ministerio Euangeli, & cum colla-  
re & seruare Ecclesiam. QVI igitur abducunt homines a  
verbo scripto, simul abducunt ab ipso filio Dei, & sunt hostes regni  
Christi. Haec diligentissime consideranda sunt, & invitamus homi-  
nentes ad amorem & studium lectionis & cogitationis verbi scripti,  
& ad vera exercitia fidei, cum cogitabunt, sic, & non aliter, efficien-  
te filium Dei, videlicet cogitatione verbi scripti.

Cum autem inquit Dominus: Ex fructibus ipsorum agnoscam  
eos, vult in qualibet secta totum doctrinæ corpus considerari, de  
qua secta defendit insignes errores, manifeste pugnantes cum legge  
unius & Euangeli, sciamus eam sectam agitari a diabolis, & figura-  
dem esse. Et ratiocinem horribilis error in secta Anabaptistica pro-  
tollit discriimen inter peccata, quæ habent in sanctis, non conser-  
cientiam & inter lapsus contra conscientiam. Et siogit invenire  
tra conscientiam tamen esse iustos, & retinere Spiritum sa-  
cra-

Hic faror Antinomorum late vagatus est, etiam apud alios. Sed in-  
famie damnatur illustribus testimonij diuinis. 1. Timoth. 1. Milita-  
nani militiam, reuinens fidem & bonam conscientiam. Item Cor-  
soratores, Adulteri, Homicidae, &c. non possebunt regnum  
Dei. Rom. 8. Si actiones carnis spiritu mortificabitis, viuetis. Item  
et Aaron: Dominus voluit conterere eum.

## D E P O E N I T E N T I A.

**E**T si nomen pœnitentia magis congruit ad contritionem,  
supuores & dolores, ramen Ecclesia sic nominat conuersionem ad  
Deum, qua & dolores & consolationem continet, seu mortificatio-  
nem & viuificationem, ut Psalmus nominat. Et interdum narrationes  
Eangelicae sic loquuntur: Gaudium est Angelis de uno peccatore,  
penitentiam agente. Nec tamen λογοπαχτι mouemus, si quis  
aliter vult loqui, non pognamus cum eo. Retinemus bono consilio  
recabulum in Ecclesia nostrissimum, ut res citius intelligatur, & ma-  
gis perspicua sit refutatio errorum & labyrinthorum, quibus Mon-  
achis multis seculis doctrinam de pœnitentia corruerunt.

Q U I D E S T P O E N I T E N T I A S E V  
conuersio ad Deum?

Pœnitentia seu conuersio ad Deum est contritio, id est,  
verus paup & dolor cordis propter peccata nostra, & fide in Christo  
recipere remissionem peccatorum, reconciliationem, iustifica-  
tionem & viuificationem, & incoare nouam obcedientiam.

Q U O D S V N T P A R T E S  
Pœnitentiae?

T R E S sunt. Contritio, fides, & noua obcedientia. Hanc parti-  
tionem docendi causa bono consilio sic tradidimus, & perimus eam  
ne calumnijs intelligi.

## Q U I D E S T C O N T R I T I O ?

E st vere expaescere agnitione iræ Dei aduersus peccata nostra,  
& dolere quod Deum offendimus, iuxta hæc dicta: Sicut leo contri-  
vit omnia ossa mea. Et Iesaiæ 55. Ad quem respiciam, nisi ad contri-  
tum spiritu, & trementem sermones meos. Et Ieremias inquit: Post  
quam ostendisti mihi, percussi femur meum, id est, confernatus sum:

## Q U I S V N T P R A E C I P V I E R R O R E S

Papistarum de contritione?

D VO sunt præcipui errores Papistarum de contritione. Prior  
est quod dicunt: Oportere esse sufficientem contritionem, cum nul-  
la possit esse sufficiens. Et vbi cung, crescunt dolores sine confortatio-  
ne & fide, ruunt homines in æternum exitium.

A I T A :